

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum b  
cum fonte primo

Miracula  
leguntur in populis ut credantur,  
nec in populis tamen nisi credita  
legerentur.



Leguntur quippe in populis, ut credantur;  
nec in populis tamen nisi credita  
legerentur.



Nam etiam nunc fiunt miracula  
in eius nomine, siue per sacramenta  
eius siue per orationes uel memorias  
sanctorum eius; sed non eadem  
claritate inlustrantur, ut tanta quanta  
illa gloria diffamentur. Canon quippe  
sacrarum litterarum, quem definitum  
esse oportebat, illa facit ubique  
recitari et memoriae cunctorum  
inhaerere populorum;  
haec autem ubicumque  
fiunt, ibi sciuntur uix a tota ipsa ciuitate  
uel quocumque commanentium loco.  
Nam plerumque  
etiam ibi paucissimi sciunt  
ignorantibus ceteris, maxime si magna sit  
ciuitas; et quando alibi aliisque narrantur,  
non tanta ea commendat auctoritas,  
ut sine difficultate uel dubitatione  
credantur, quamuis Christianis  
fidelibus a fidelibus indicentur.

Hec autem ubicumque  
fiunt, uix a tota ciuitate ipsa sciuntur,  
uel a quocumque commanencium in loco.  
Nam plerumque  
fiunt  
ignorantibus ceteris, maxime si magna sit  
ciuitas; et quando alibi aliisque narrantur,  
non tanta ea commendat auctoritas  
ut sine difficultate uel dubitatione  
credantur, quamuis Christianis  
fidelibus indicentur.

Augustinus XXII. de ciuitate Dei.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*,  
22, 8 (CCSL 48, B. Dombart ed., pp.815-  
16, ll.23-36).